



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De eadem re. ccxx.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

AC.  
nato  
posse  
ei,  
conibi  
n defi  
aut  
l vena  
e non  
itate  
bus se  
nusvi  
ibus o  
II.  
icas n  
ones  
vel p  
synodi  
rout d  
perre  
re, &  
UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

DE ECCLE. ORDIN. DECR. LIB. II. 75

*De officijs & ministerijs septem diaconorum cum subdiaconibus, & sequentium ordinum ministris observandis.* Cap. CCXVIII.

**S**EPTEM ergo diaconi sunt in urbe Roma per septem regiones ciuitatis, sicut à patribus accepimus, qui per singulas hebdomadas & dominicos dies, atque festivitatem solennia, cum diaconibus & acolytis, ac sequentium ordinum ministris, iniuncta sibi obseruent ministeria, & parati omni hora sunt ad diuinum officium, & quicquid eis iniungitur peragendū. Similiter & vobis prout opportunum fuerit, per singulas ciuitates est faciēdum, ut diuinum absque illa mora, aut negligentia studiosè ac soleniter agatur officium.

*De numero certo diaconorum.* Cap. CCXIX.

**D**iaconi septem debent esse iuxta regulā, licet & valde magna sit ciuitas. Idipsum autem & Actuum apostolorum liber insinuat.

*De eadem re.* Cap. CCXX.

**D**iaconi septem esse debent secundum regulam, quāuis magna sit ciuitas. Cui regulæ authoritas erit liber Actuum apostolorum.

*Vt diaconi coram presbyteris non sedeant.*

Cap. CCXXI.

**Q**UOD non oporteat diaconum coram presbytero sedere, sed iussione presbyteri sedeat. Similiter autem & diaconis honor habeatur ab obsequentibus, id est, à subdiaconis, & omnibus clericis.

*De diaconibus, qui se presbyteris anteponunt.*

Cap. CCXXII.

**N**ONnulli diacones in tantam erumpunt superbiam, ut se presbyteris anteponant, atque in primo choro ipsi priores stare præsumant presbyteris in secundo choro constitutis. Ergo ut sublimiores sibi presbyteros agnoscant, tam hi, quam illi in utroque choro confistant.

*Vt exorcistæ energumenis manus imponant.* Cap. CCXXIII.

*Ex cōcil.*

**O**MNI DIE exorcistæ energumenis manus imponant.

*carthagini ca. 90*